

B. D. Gerhardus in Harmon. Evan-
gelist. Cap. CLXXVII. fol. 1389.

*Magnum est discrimen inter palmitum infrugiferorum AMPU-
TATIONEM, & fructuosorum PUTATIONEM: illa NB. NB. est
PEREMTORIA, hæc EMENDATORIA. Amputationem illam
includere terminum peremptorium in hac vita positum,
Gerhardus l. c. f. 1404. seqv. perspicue docet.*

B. D. Polyc. Lyserus

In Noacho suo, seu Comment. in Genf. VI. p. 19. seqq.

*Quam primum enim DEUS non amplius litigare nec ul-
terius redarguere vult, sed homines tradit in defiderium cor-
dis ipsorum, & in reprobum sensum NB. Jam actum est de ipsis,
adde p. 24. simul & hoc videmus: contra impænitentes DEUM NB.
certum habere terminum, quando velit punire: & illum terminum
aliquando ipsum ex inopinato abbreviare & c. Idem, in Abrahamo,
p. 180. seqv.*